




МАШИНСКОЕ ДЕЛО

ВВЕДЕНИЕ

Введение к курсу машинного дела, охватывающее основы теории и практики конструирования механизмов.



Main body of text in Russian, detailing the principles of mechanism design, including sections on kinematics and dynamics.



DECANUS ET CONSILIUM

Facultatis bonarum Artium in Academia Lipsiensi
Dnn. MAGISTRIS ET BACCALAUREIS S.



Ogitantibus nobis saepenumero, & veterum Philosophorum, imprimis verò memoriâ illud Senecae repetentibus: Magnum censentis profectus esse partem, velle proficere: mirari profectò subit, viam virtutis hac nostrâ tempestate incultam atq. interclusam frondibus & virgultis, imò desertam penè à multis relinqui! illaq. adèò maximarum virtutum signa jam non moribus omnium hominum expressa, sed in libris Philosophorum depicta; non à vivis exculta, sed in defunctorum tantùm monumentis adhuc adumbrata reperiri! Verùm si quicquam profectò id nimis, quàm praeposterè! Ita namq. aliàs cum rebus humanis comparatum videmus, ut omnino, quæ de negotio quodam instituitur deliberatio, tum maxime scopulos prætervecta videatur. si id quod facere paramus, optata cujusdam facilitatis aurâ non tam impelli, quàm rapimè aggreddatur animosius, & majore cum voluptate perficiat, quàm eam, quæ Herculeos lacertos & Achilleum robur postulet?

At quantâ jam, quantâ vestram fidem! facilitatis existit unius virtutis studium, ad quod quis (teste Seneca) non aliis indiget præceptoribus, quàm suâ ipsius voluntate. Quòd si namq. virtutis semita tam difficili foret aditu, si tantis ubiq. septa difficultatum præcipitiis, nec potius ab una saltem pendèret ingrediendi voluntate: quantâ non dico temeritate, sed vel insaniam arguerentur, & veteres illi & hodierni tam politici quàm Academicum legumlatore prudentissimi, quòd quæ vitiorum terebrina exesa in Rebus, aut delapsa fuerint, aut delabi posse metuerint, statutorum, legumq. vinculo juncta & communita esse voluerint, quæ tamen servandæ vix ulla detur facultas? Absit hoc; nec rei facillimæ difficultatis alicujus aspergatur labes. Voluntas est, quàm difficultatem quidam somniant. Bonum esse, illi difficile est, cui velle bonum esse difficile est. Quod sanè & ipsum qui oraculi monitu mortaliùm sapientissimus habebatur, Socrates monebat; sufficere sibi dicens, si quem oratione suatantum excitasset ad virtutem colendam; quibus enim id persuasum sit, ut velint esse boni, iis reliquam admodum facilem doctrinam fore.

Quò verò minus quidam hac voluntate sint præditi, partim ipsorum perversitati & incuria, partim ipsius magistratûs lenitati & negligentia acceptum ferri debet, qui ruentibus sui regiminis tibi cinibus nullò severa animadversiois fulcrò subvenire laboravit. Qualis quidem dica ne & nobis in nostrâ gubernatione studiorum philosophicâ impingi jure merito possit, iis de quibus superioribus diebus eruditi fuimus vitiis, statutus & conclusis nostris à diametro contrariis, maturè obviandum duximus. Quæ quidem ipsa quàm committi notaverimus tam ex parte Magistrorum, quàm Baccalaureorum: iccirco communicatis consiliis de utrisq. edici, & in posterum sub severâ multâ sanciri & observari placuit, quæ sequuntur:

Et quidem à MAGISTRIS ista:

- I. Quùm statuta nostra Electorali auctoritate munita, solas disputationes ordinarias Magistrorum pro vero examine eorundem publico agnoscant: nolumus aliquem Magistrum post gradûs adeptionem hinc discedere, nisi priùs disputatione sua functus fuerit; aut si necessariam causam discedendi habuerit, eam coram Decano allegarit, seq. ad tempus ab ipso præfinitum, rursus ad subeundam disputationis aleam stitutum, sub pœnâ arbitrarîâ promiserit.
- II. Ne quis verò prætextu sumtuum pro impressione thesium impendendorum, aut inopiâ Respondentis se tueri audeat; antiquum illum morem, theses in forma (ut loquuntur) patente saltem descriptas affigi & exhiberi volumus; nisi ob leporem tractationis aut materiæ singularitatem digna, quæ typis exaretur, videatur.
- III. Quùm quoque satis superq. suppetat disputationum, in omni genere disciplinarum, ut proinde non opus sit, quemlibet promiscuè sibi novas fingere disputationum, quibus discurrat, areolas: ideò multò parcius quàm publicas imprimi volumus disputationes privatas: nec eas tamen nisi permitte Decano & Senioribus.
- IV. Qui verò hujusmodi Collegiis privatis occupantur Magistri, (sive de Facultate sint, sive externi,) eos modis omnibus Collegis suis hunc errorem eximere mandamus, quasi ista Collegia omnium lectionum publicarum sint compendia, ac tantum non everricula, (& isti simul ac se collegio cuidam mancipent, statim ab auditoriis jure manumittantur) & omnino ad lectiones publicas compellere, in eumq. finem omnium suorum discipulorum & Collegarum nomina cujusq. semestris Decano exhibere, qui postea cum præceptore super discipulorum diligentia conferet.
- V. Quascunq. autem disputationes maturè & ineunte septimanâ, idq. in chartâ elegantiori Facultati transmitti volumus.

Quòd BACCALAUREOS spectat:

Magna cum indignatione percepit Consiliùm Facultatis nostræ eos hunc gradum, quem olim Principes, Comites, Barones & Nobiles magno numero, tanquam sui culminis bederam venerati fuerunt, omnis generis avariis, de honestate, adeoq. hoc perpetuum quasi totius cursus Philosophici Collegii disputatorum (cujus apud nullam aliam Universitatem instar reperire est) non tantum non aestimare ipsos, sed omnium jocis & risus exponere. Quæ quidem nequicquam sumta laxitate frenata, ut nostræ rursus manus asseramus,

- I. Eos theses singulis diebus Saturni hora VIII. matutinâ publicè in tabula huic rei destinata affigere jubemus; nisi quis disputationem distributam pro nulla velit computari.
- II. Torum disputationis actum (id quod ante biennium jam tum constitutum fuit) IV. horis, non amplius, definimus.
- III. Invitati ad opponendum considerent eo ordine, quem quùm gradum peterent, à Decano servare jussi fuerunt: nequaquam verò disputationis prærogativam novum locum tribuere somniant.
- IV. Quùm statuta solâ sessione non contenta sint, sed ut Baccalaurèi etiam contra proposita argumententur, requirant: nec nos lege clementiores esse convenit. Neminem igitur assidere quidem, sed ut *καὶ φωνὴν ἀποδῶν* postea abire permittimus: verùm vivâ voce opponentis vicem subire volumus; siquidem sessionem suam annotari à ministro velit.
- V. Quò verò nec in hac parte, quod quis prætendat, reperiat: neminem sedentium cum sacco, sed (quod Corinna Pindarum docebat) cum manu sua argumenta ferere, ideoq. quatuor aut 5. argumentis contentum esse volumus, quò & cæteris locus opponendi relinq. Quæ tamen numerus adhuc & pro numero sedentium coarctari, aut laxari poterit.
- VI. Impressionem disputationis alicujus Baccalaurèalis ne quidem petere à Decano, multò minùs à Professore liceat.
- VII. De statuto illo, quod auscultationem Professorum publicarum, & denique (quod caput simul & de studiosis exauditum volumus) assumptionem præceptorum privatorum imperat, in posterum ne transversum quidem unquam discedemus, illudq. freti tot Electoralibus iisque severissimis mandatis, simul & aliis mediis (quæ quilibet cum damno suo experietur) adjuti sartum tectumq. obtinebimus.

Atque hac enixò commodò juventutis, pro liberandâ nostrâ conscientia, eamq. simul & ad Deum & posteritatem defendenda hoc temporis, exigente necessitate, placuit edici, mandari & prohiberi. Quæ si quis ut levità conatu non indignis putaverit, is ex s. Polt. 3. haud gravatim se edoceri patiat, inter causas rebus pub. exitiales recenseri etiam τὸ ἀδὴ μὴ εἶναι; quando nimirum parva initia imminenti mutationis aut non animadvertuntur, aut animadversa insuper habentur. Etsi namq. à τὰς εἰς secessiones, molitiones, aut alia quæcumq. jussorum magistratûs ἀποβία & despicientia non fiant ἀδὴ μὴ εἶναι, (de parvis aut nullius momenti rebus) sunt tamen ἐν μὴ εἶναι, ex parvulo proditam coluerunt banc sententiam, μὴ ἀποβία τὸ κατὰ μὴ εἶναι, ne scilicet (veniunt namq. & Germani hic in sapientia commercium) canis sapius exta gustans, tandem totum cervum adoriatur & consumat. Sicut sanè & Philosophus, d. l. τὸν τοῦτον ἀποβία, his & similibus principiis sese exserentibus, ἀδὴ μὴ εἶναι, magistratûs attendere eorumq. accuratam rationem habere oportere confirmat, eò quod ἡ ἀδὴ μὴ εἶναι ἡμῶν εἶναι ἀποβία, principium sit dimidium cujusq., καὶ τὸ ἐσὶν ἀδὴ μὴ εἶναι μὴ εἶναι ἀποβία, τὸ εἶναι εἶναι, & vel parvum circa id (principium) commissum peccatum, commissò in aliis majoris momenti partibus proportionè respondeat. Quòd si verò ad tam parvâ ab aliis Rerum publicarum administratoribus non est committendum, quid Philosophum in sua facere conveniet, quem Pythagoras, primus regni Philosophici monarcha omnium, quæ in universo mundo geruntur, στατὸν & Contemplatorem constituit? idq. hoc magis, quo magis semper artium liberalium & disciplinarum vel vigor vel turbatio religionis aliquam vel puritatem, vel nebulas ominatur & portendit. Præsertim verò his nostris tremendis temporibus, quibus omnia nutant, vacillant, & ruinam præsentem minitantur; Quorum quidem vel ipsorum & intuitu, & pejoribus adhuc metu singulos officium vocationis diligentius obituros tam speramus, quàm vovemus! Sitis felices!
P. P. ipò die Palmarum, Anno Christi Jesu M. DC. XXXI.

Lipsiæ excudebat GREGORIUS Nisch.

153

Писма къ свѣтлымъ мѣстемъ

153


Въ свѣтлыя мѣста... (Faint handwritten text in Church Slavonic script)

Въ свѣтлыя мѣста... (Faint handwritten text in Church Slavonic script)

Въ свѣтлыя мѣста... (Faint handwritten text in Church Slavonic script)

Въ свѣтлыя мѣста... (Faint handwritten text in Church Slavonic script)





DECANUS ET CONSILIUM

Facultatis bonarum Artium in Academia Lipsiensi
Dnn. MAGISTRIS ET BACCALAREIS S.



*Q*uoniam nobis sapienter, & veterum Philosophorum, imprimis verò memoria illud Seneca repetentibus: Magnum censentis profectus esse partem, velle proficere: mirari profectò subit, viam virtutis hac nostrà tempestate incultam atq; interclusam frondibus & virgultis, imò desertam penè à multis relinqui! illaq; adeò maximarum virtutum signa jam non moribus omnium bonorum expressa, sed in libris Philosophorum depicta; non à vivis exculta, sed in defunctorum tantum monumentis adhuc adumbrata reperiri! Verùm si quicquam, profectò id nimis, quàm preposserè! Ita namq; aliàs cum rebus humanis comparatum videmus, ut omnis, quæ de negotio quodam instituitur deliberatio, tum maximè scopulos prætervecta videatur, si id quod facere paramus, optate cujusdam facilitatis aurà non tam impelli, quàm rapimè deprehendamus. Quotus enim est quisq; quirem in qua tenuis quidem labor, at non tenuis gloria, non suscipiat lubentius, aggrediatur animosus, & majore cum voluptate perficiat, quàm eam, quæ Herculeos lacertos & Acilleum robur postulet? At quanta jam, quanta vestram fidem! facilitatis existit unius virtutis studium, ad quod quis (teste Seneca) non aliis indiget præceptoribus, quàm sua ipsius voluntate. Quòd si namq; virtutis semita tam difficili foret aditu, si tantis ubiq; septa difficultatibus præcipitiis, nec potius ab una saltem pendèret ingrediendæ voluntate: quante non dico temeritate, sed vel insanie arguerentur, & veteres illi & bodierni tam politici quàm Academicorum, legumq; licijus aspergandis sanè & ipsi summet ad virtutem

atque negligentiam idem dicane & stultitiam & conclusionem, quàm arguerentur:

- I. Quùm statuta nostra Electorali autoritate munita, solas disputationes ordinarias Magistrorum pro vero examine eorumdem publico agnoscant: nolumus aliquem Magistrum post gradus adeptionem hinc discedere, nisi priùs disputatione sua functus fuerit; aut si necessariam causam discedendi habuerit, eam coram Decano allegarit, sedq; ad tempus ab ipso præfinitum, rursus ad subeundam disputationis aleam siturum, sub pœnà arbitrariâ promiserit.
- II. Ne quis verò prætextu sumtum pro impressione thesuum impendendorum, aut inopiâ Respondentis se tueri audeat; antiquum illum morem, theses in forma (ut loquuntur) patente saltem descriptas affigi & exhiberi volumus; nisi obleporem tractationis aut materiæ singularitatem digna, quæ typis exaretur, videatur.
- III. Quùm quoque satis superq; suppetat disputationum, in omni genere disciplinarum, ut proinde non opus sit, quemlibet promiscuè sibi novas fingeret disputationum, quibus discurrat, areolas: ideò multò parcius quàm publicas imprimi volumus disputationes privatas: nec eas tamen nisi permittente Decano & Senioribus.
- IV. Qui verò hujusmodi Collegie privatis occupantur Magistri (siue de facultate sint, siue externi) eos modis, & isti simul ac se collegio cuidam mere mandamus, quasi ista Collegia omnium lectionum publicarum sint compendia, ac tantum non everricula, (& isti simul ac se collegio cuidam mancipent, statim ab auditoriis jure manumittantur) & omnino ad lectiones publicas compellere, in eumq; finem omnium suorum discipulorum & Collegarum nomina cujusq; semestris Decano exhibere, qui postea cum præceptore super discipulorum diligentia conferet.
- V. Quascunq; autem disputationes maturè & incunte septimanà, idq; in chartâ elegantiori facultati transmitti volumus.

Quod BACCALAREOS spectat:

Constitutione percepit Consilium Facultatis nostre eos hunc gradum, quem olim Principes, Comites, Barones & Nobiles magnonum Collegii, & Philosophorum Collegii

